



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologia Brevis, Ab Orbe condito, vsque ad annum
Domini M.DC.XIII**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Colonia Agrippina, 1613

Chronologiæ Pars Prior, ab anno Mundi 1. ad 4055.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-65414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65414)

C H R O N O L O G I Æ

Pars prior, ab anno Mundi 1.

ad 4055.

Anni Mūdi	Patriarchæ.	Monarchæ Assyrio- rum.
1	Adam vixit ann. 930	
130	Seth. 912	
235	Enos. 905	
325	Cainam. 910	
395	Malaleel. 825	
460	Iarer. 962	
622	Enoch. 365	
687	Mathufala. 969	
874	Lamech. 777	
1056	Noe. 950	
1556	Sem. 600	
1656	Diluvium durat ann. 1	
1658	Arphaxad. 338	
1693	Cainan. 568	
1723	Sale. 433	
1753	Heber. 464	



Varia.

Quæ dicuntur de Adam, & cæteris Patriarchis, habentur in Genesi cap. 5. & II. præterquam de Cainan filio Arphaxad: is enim non habetur in textu Hebræo, sed addidimus propter Lucæ auctoritatem ex interpretatione 70.

Porro annos Beli, & cæterorum Regum Assyriorum annotauimus ex Eusebio, nec enim apud alium antiquiorem habentur: tamen initium huius regni posuimus in loco altiore, quam fecerit Eusebius, tum ut esset locus Regibus Medorum, quos infra subiiciemus: tum etiam quia cum Belus sit Nembrot nepos Cham, & Ninus sic Assur nepos Noe, ut vult Augustin. lib. 16. Ciuitat. cap. 3. vel certe filius Nembrothi, non videretur credibile, eos non fuisse ante tempora Thare, qui fuit decimus a Noe.

4
CHRONOLOGIÆ

Anni Mūdi	<i>Patriarcha.</i>	<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
1787	Phalech. 239	
1791		Belus reg. ann. 65.
1817	Reu. 239	
1849	Sareg. 230	
1856		Ninus. 52
1879	Nachor. 148	
1908	Thare. 205	Semiramis. 42
1950		Zameis. 38
1978	Abraham. 175	
1988		Arius. 30
2018		Analius. 40
2058		Xerxes Balaneus. 30
2078	Iſaac. 180	
2088		Armametres. 38
2126	<i>Iudices Hebraorum.</i>	Belochus. 35
2138	Iacob. 147	
2161		Balaneus. 52
3221		Altadas. 32

2
2
8
0
0
0
38
35
52
32

Varia.

Belum esse Nembrothum, qui Gen. 10. ædificauit Babylonem; & Ninum esse Assur, qui Genes. 10. ædificauit Niniuem probari potest tum ex eo quod Abydenus apud Eusebium lib. 9. præparat. Euangel. cap. ultimo, testatur Babylonem à Belo conditam: & constat Niniuem à Nino ædificatam, de quo vide Diodorum lib. 2. cap. 1. tum etiam ex eo quod primus Rex Orbi terrarum cognitus iuxta Scripturas sacras est Nembroth, & iuxta profanas est Belus, ex quo non malè coniecimus. Nembrothum esse Belum. Mirum autem est cur Mercator Nembrothum velit esse Ninum, & tamen fateatur ante eum regnasse Belum, cum Scriptura apertè dicat, primum qui coepit esse potens in terra fuisse Nembrothum.

Ann. 20. Armametrus claruit Phoroneus legislator primus.

Anno 26. Belochi fuit diluuium Ogigis.

Anni Mūdi	Iudices Hebrao- rum.	Monarchia Assy- riorum.
2229	Ioseph. 110	
2245		Mamitus. 30
2275		Mancaleus. 30
2305		Iphareus. 20
2325		Mamylas. 30
2355		Sparetus. 40
2395		Afcades. 40
2403	Mofes. 110	
2435		Amyntas. 45
2480		Belothus. 25
2483	Mofes ducit Popu- lum annos. 40	
2505		Bellopares. 30
2523	Iofue. 26	
2535		Lamprides. 32
2549	Interregnum an. 10	
2559	Ochoniel Iudex annis 40	
2567		Sofares. 20

Varia.

Anno 32. Spareti Cecrops Athenas condidit.

Per idem tempus fuit diluuium Deucalionis.

Anno 6. Ascadis Isis venit in Ægyptum; & litteras docuit.

Anno 1. Belothi Cadmus floruit, qui litteras Græcas dicitur inuenisse.

Eodem anno rapta fuit Europa, ex qua nati sunt Minos, & Radamantus.

Pontificum Indæorum annos exacte descriptos non inuenimus: constat tamen à Mosis tempore vsque ad Macha-

Anni Mūdi	<i>Iudices Hebrao- rum.</i>	<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
2587		Lamparos. 30
2599	Aoth. 80	
2617		Panias. 45
2662		Sofarmus. 19
2679	Barac, & Delbora. 40	
2681		Mitreus. 27
2708	Gedeon. 40	
2740		Tanteus. 40
2759	Abimelech. 3	
2762	Thola. 23	
2780		Thineus. 30
2785	Iair. 22	
2807	Iephte. 6	
2810		Dercilus. 40
2813	Abefan. 7	
2820	Aialon. 10	
2830	Abdon. 8	
2838	Sampson. 20	

Varia.

Machabæos fuisse hos : 1. Aaron. 2. Eleazarum. 3. Fi-
 nees. 4. Heli. 5. Achitoph. 6. Abiathar. 7. Sadoch.
 8. Achimas. 9. Azariam. 10. Azariam alium, qui pro-
 hibuit Oziam adolere thus. 11. Vriam. 12. Sobnam
 tempore Ezechia. 13. Eliachim tempore Manassæ.
 14. Helciam tempore Iosia. 15. Sarcam occisum à Na-
 buchodonosor. 16. Iosedech in captiuitate. 17. Ie-
 sum filium Iosedech. 18. Ioacim. 19. Eliasib. 20. Ioa-
 dam. 21. Iohannem. 22. Iaddum. 23. Oniam. 24. Si-
 monem. 25. Eleazarum. 26. Manassem. 27. Oniam.
 28. Simonem. 29. Oniam. 30. Alcimum. 31. Iudam
 Machabæum. Hæc ex Chronologia Nicephori.

Hunc Aialon Septuaginta non habent.
 Anno 2821. euerfa fuit Troia.

Anni Mūdi	<i>Iudices Hebrao- rum.</i>		<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
2850			Eupales. 38
2858	Heli.	40	
2878	Samuel.	20	
2888			Laostenes. 45
	<i>Reges Hebrao- rum.</i>		
2898	Saul Rex.	20	
2919	Dauid.	40	
2933			Piriciades. 30
2959	Salomon.	40	
2963			Ophrateus. 20
2983			Ophratanes. 20
	<i>Reges Iu- da.</i>	<i>Reges Isra- el.</i>	
2999	Roboam. 17	Hierobōā. 22	
3016	Abia. 3		
3019	Afa. 41		
3021		Nadab. 2	
3023		Baafa. 24	

q̄ roborum secutus est. Hilud juniorum et in
patre suo dicitur esse, inde rebellio et divisio regni.

PARS PRIOR.


Varia.

Aeneas in Latio regnat. In annis Heli includuntur etiam anni Sampsonis, ideo 70. Interpretes solum 20. annos adscribunt Heli.

Anni Samuel, & Saul in Scriptura veteri non habentur, sed Actor. 13. dicuntur fuisse 40.

Anno 2928. Carthago condita est.

Anni Mūdi	Reges iuda.	Reges Israel.	Monarchæ Assyriorum.
3033			Ocrazapes. 41
3047		Hela. 2	
3048		Zambri. dieb. 7 Amri. anni 12	
3060	Iofaphat. 25	Achab. 22	
3074			Sardanapal ^o 20
3082		Ochozias. 2	
3083		Ioram. 12	
3085	Ioram. 5		
3090	Ochozias. 1 Athalia. 7	Iehu. 28	Reges Medo- rum.
3094			Arbaces. 28
3097	Ioas. 40		
3118		Ioachaz. 17	
3122			Mandanes. 50
3135		Ioas. 16	
3137	Amafias. 29		
3151		Hieroboam. 4	



Varia.

Monarchia Assyriorum vsque ad Sardanapalum stetit annis 1330. quamuis Eusebius dicat 1240. & Iustinus lib. 1. 1300. & Diodorus lib. 2. 1400. & Orosius lib. 1. 1160.

Destrueta fuit à Medis, quorum annos describimus ex Cresiachnidio, qui ex publicis Annalibus eos refert apud Diodorum lib. 2.

Annos Assyriorum, & Babyloniorum partim ex Scriptura, partim ex Beroso apud Iosephum lib. 1. contra Appionem petemus.

• 218076

Anni Mūdi	Reges Iu- da.	Reges Isra- el.	Reges Me- dorum.	Reges Af- syriorum.
3163				Phul. 48
3166	Azarias. 52. sed cū pa- tre ann. 12. folus 40			
3172			Sarfome- nes. an. 30	
192		Zacharias mens. 6 Sellū m. 9 Manaem ann. 10		
3202		Phaceas. 2	Artocar- mis. an. 50	
3204		Phacee. 20		
3206	Ioathā. 16			
3211				Teglath- phalassar. ann. 25
3222	Achaz. 16			
3224		Ofee. 9		
3236	Manasse.			Salma- nassar. 9

Varia.

Assyrii rursus incipiunt in Niniue regnare, regnantibus nihilominus etiam Medis. Huius Phul mentio fit 4. Reg. 15.

Olympiades incipiunt anno 4. Ioathan, id est, anno mundi 3209. Nam constat, Cyrum regnare cœpisse Olympiade 55. ut Eusebius, & omnes alii docent: porro Cyrus regnare cœpit anno mundi 3425. non igitur recte Eusebius earum initium ponit anno 50. Azariae. Quod si initium regni Cyri ponatur anno 3547. Olympiades incipient anno 10. Achaz, mundi 3232.

Roma conditur anno 12. Achaz, mundi 3233.

Salmanasar transtulit decem tribus in captiuitatem. 4. Reg. 17. & Tob. 1.

Anni Mūdi	Reges Iu- da.	Reges Medo- rum.	Reges Assy- riorum.
3238	Ezechias. 29		
3245			Sennacherib. 7
3252		Arbianus, seu Cardiceas. 22	Affar-addon. 18
3267	Manasses. 55	Reges Medorum.	Reges Babylonis.
3270			Merodach Ba- ladan. 40
3274		Arteus, qui & Deioces. 53	
3310			Ben Merodach. ann. 21
3322	Amon. an. 2		
3324	Iofias. 31		
3327		Artibes, qui & Phraonthes. ann. 22	
3331			Nabulassar ^o . 29
3349		Artaban ^o , qui & Ciaxares. an. 40	
3355	Ioachaz. m. 3. Ioachim. ann. 11		


Varia.

Merodach Baladan regnabat in Babylone eo ipso tempore, quo Assar Addon in Niniue, vt patet ex 4. Reg. 19. & 20. Tamen posuimus eius initium hoc loco, quia post Assar Addon cœpit Merodach regnare etiam in Niniue, vnde non fit amplius mentio in scripturis Regum Assyriorum, sed solum Babyloniorum.

Hunc Merodach putamus esse eum, qui in libro Iudith dicitur Nabuchodonosor. Sicut etiam Arteum, seu Deiocem putamus esse Arphaxad, de quo ibidem agitur. Porro Deioeci dedimus 53. annos, quia hunc numerum notauit Herodotus lib. 1. vbi etiam dicit à Deioce ædificatam Ecbatanam, quod in libro Iudith tribuitur Arphaxad.

Ex numeris Regum Babyloniorum, qui habentur ex Beroso apud Iosephum libro 1. contra Appionem

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Medo- rum.	Reges Persa- rum.	Reges Baby- lonis.
3360				Nabuchodo- nolor magnus ann. 43
3366	Ioachim m. 3 Sedechias. II			
3377	CAPTIVITAS an. 70			
3389		Asty- ges. 38		
3430				Euilmero- dach. 22
3425			Cyrus 29.	Niriglissor ann. 4
3429				Laboro Sor- docus m. 9
3430				Balthasar, qui & Naboni- dus. 17
		<i>Duces Iudaorum.</i>	<i>Monarchia Persarum.</i>	
3447	Captiuitas solui- tur.		Cyrus cum Dario an. 1. solus ann. 7	
3448	Zorobabel.	32		



s
3

2

4

9

ii

7

r.

7

Varia.

nem, solum mutauimus duos annos, quos tribuit Euilmerodacho Berofus in 22. annos: nam 4. Regum ultimo dicitur Euilmerodach regnare cœpisse anno 37. transmigrationis Regis Ioachim: ex quo tempore usque ad finem Regni Babylonici constat esse annos 44. qui tamen non colligerentur, nisi daremus Euilmerodacho 22. annos, credibile est esse errorem impressorum, præsertim cum omnes alii Chronologi dent ei 22. aut 23. annos.

Cyrum posuimus ante Babylonem euersam multis de causis. Primo, quia constat eum regnasse post Astyagem, translato ad Persas Medorum Imperio, vt habetur Danielis 13. & apud Herodotum lib. 1. Diodorum lib. 2. & Iustinum lib. 1. Secundo, quia Berofus apud Iosephum lib. 1. contra Appionem, & Herodot. lib. 1. Iustin. lib. 1. & alii dicunt, Cyrũ post adeptum Imperium Asiæ tandem venisse contra Babylonem: non igitur incipit regnum Cyri post euersam Babylonem, sed antea cœpit. Tertio, quia Herodotus lib. 1. tribuit Cyro annos 29. Xenophon autem lib. vlt. Cyropediæ tribuit tantum septem, quorum vtrumque concordari potest, si dicamus, Cyrum regnasse in vniuersum annos 29.

sed

Anni Mūdi	Duces Iudao- rum.	Monarchia Per- sarum.
3455		Cambyles an. 7 mens. 6
3462		Magus cum fratre mens. 6
3463		Darius Idaspis. 36
3480	Refa. 46	
3499		Xerxes. 21
3520		Artabanus mens. 7
3521		Artaxerxes Longima- nus. 40
3530	Ioannes. 40	
3561		Xerxes alius. mens. 2 Sogdianus mens. 7
3562		Darius Nothus. 19
3570	Idas. 14	
3581		Artaxerxes Mnemon. 43
3584	Ioseph. 7	
3591	Semei. 11	
3602	Matathias. 12	
3614	Maat. 9	
3623	Nagge. 10	


Varia.

sed post adeptum imperium Babylonis annos septem. Quis igitur (inquies) est Darius Medus, qui regnavit anno vno post Balthassarum? Daniels. 6. & 9. dico cum esse Ciaxar. m Astyagis filium, cuius meminit Xenophon: tamen si enim Medus iam nihil erat, nisi Cyri præfectus quidam, aut Regulus, placuit tamen Cyro honorare illum titulo Regni Babylonici, quod consanguineus & senior esset. Vide Ioseph. lib. 10. antiquitat. cap. 12. & Hieronym. in Daniele.

Annos Regum Persarum descripsimus ex Diodoro lib. II. 13. & 17. item ex Herodoto libro 2. & 3. & ex Eusebio: sed ubi non conveniunt, Diodorum sequuti sumus.

Alexander Magnus anno septimo Regni sui Macedonici expugnavit Darium, & transtulit Monarchiam Persarum ad Græcos: deinde cum imperasset adhuc annos quinque, tandem mortuus est anno 33. ætatis, 12. Regni, & 6. Monarchiæ: post cuius obitum
diuisa

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Monarchia Persa- rum.			
3624		Artaxerxes Ochus.			23
3633	Helli. 8				
3641	Nahum. 7				
3647		Arfes.			4
3648	Amos. 14				
3651		Darius.			6
		<i>Monarchia Græcorum.</i>			
3657		Alexander Magnus ann.			5
3662	Mathatias. ann. 10				
		Diuisio Monarchiæ in qua- tuor Regna.			
		<i>Reges Ma- cedonia.</i>	<i>Reges Ægypt.</i>	<i>Reges Syria.</i>	<i>Reges Asia.</i>
3663		Philippus Arride ⁹ . 7	Ptole- mæus Lagi ⁴⁰		
3668					Antigo- nus. 18
3670		Cassan- der. 19			




Varia.

diuisa est Monarchia in plures Reges. Vide Diodorum lib.17. & 18. & Iosephum lib.12. antiquitatum.

Sapientes Gentium, Orpheus, & Linus temporibus Iudicum dicuntur floruisse. Homerus tempore Salomonis Regis Hierusalem. Thales tempore Iosia Regis. Septem Sapientes ad finem captiuitatis. Æsopus eodem tempore. Pythagoras tempore Cyri. Herodorus tempore Xerxis. Socrates, Euclides, Xenophon, Pindarus, & Simonides tempore Artaxerxis. Plato, Isocrates, Demosthenes, Æschines, Aristoteles tempore Ochi, & successorum.

Theophrastus, Zeno Epicurus & Menander tempore Ptolemæi Lari.

Ann. Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Ægypt.	Reges Syria.	Reges Asia.
3672	Ioseph. 60				
3676				Seleuc ^o Nica- nor. 32	
3686					Deme- tri ^o . 17
3689		Antigon ^o , & Alexan- der. 4	Reges Æ- gypti.		
3693		Deme- trius. 6			
3699		Pyrrhus mens. 7			
3700		Lyfima- chus. 5			
3703				Ptolemeus Philadel- phus. 38	
3705		Ptolemeus Ceraun ^o . 1			
3706		Meleager, m. 2 Antipater, d. 45 Sosthenes, an. 2			



Varia.


A Seleuco numerant libri Machabæorum annos Græcorum. Eusebius.

Demetrius Rex Asiæ à Seleuco captus Imperio priuatur : ita remanent tres tantum Alexandri successores. Eusebius.

Res Romana.

Roma condita est 11. Kal. Maii. Plutarch. in Romulo, & Eutropius libro 1. Olympiade 7. anno 1. Solinus cap. 2. Clemens Alexandr. Strom. 1. Dionys. Halycarn. pagina 58. ex quo sequitur, conditam eam fuisse anno 12. Achaz, mundi 3233. nam Olympiades cœperunt anno 4. Ioathan, mundi 3209.

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3708		Antigon ^o , an. 36		Antiochus Sother. 19
3727				Antiochus Theos. 15
3732	Ioan. Hir- canus. 17			
3742			Ptolemæus Euergetes. ann. 26	Seleucus Gallini- cus an. 20
3744		Demetri ^o , an. 10		
3754	Inretre- gnū apud Iudæos.	Antigon ^o , an. 15		
3762				Seleucus Ceraunus an. 3
3765				Antiochus Magnus an. 36
3767			Ptolemæus Philopa- ter. an. 17	
3769		Philippus an. 42		



Varia.


Regnatum est Romæ annis 244. L. Iulius, & Dionysius Halycarnass. nimirum regnavit Romulus annos 37. interregnum fuit ann. 1. Numa Pompilius regnavit annos 43. Tullus Hostilius 32. Ancus Martius 24. L. Tarquinius Priscus 38. Servius Tullus 44. L. Tarquinius Superbus 25.

Consules cœperunt mundi 3478. Olympiad. 68. anno 15. Darii Idaspis. Duravit regimen consulare vsque ad Imperium Iulii Cæsaris annos 462.

Secessio plebis in sacrum montem, & creatio prima Tribunorum accidit anno 261. ab Vrbe condita, anno mundi 3495. Olymp. 72. Liu. lib. 2.

Magistratus Decemvirosum cœpit anno Urbis conditæ 303. duravit vix tres annos. Liu. lib. 3.

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Æ- gypti.	Reges Sy- ria.
3783			Ptoleme ⁹ Epiphanes ann. 24	
3801				Selencus Philopa- tor. an. 12
3806			Ptolomæ ⁹ Philome- tor an. 35	
3811		Pertes. 10		
3813				Antiochus Epiphanes ann. 11
3821		Regnū Ma- cedoniae deficit.		
3822	Matathias an. 1			
3823	Iudas Ma- chabæus. 6			
3824				Antiochus Eupator. 2
3826				Deme- trius So- ter. 12



Varia.

Dictatorum prima creatio facta est anno Urbis 253.
creato T. Lario. Liu. lib. 2.

Tribuni Militares Consulari potestate cœperunt
anno Urbis 311. Roma capiturâ Gallis anno Urbis 365.
Dionys. lib. 1. Liu. lib. 5.


Bellum Romanorum cum Pyrrho Rege anno Urbis
473. Liu. lib. 13.

Romani ingressi sunt mare, & primum bellum Pu-
nicum gesserunt Olympiade 129 anno Urbis 489. mun-
di 3723. Polybius libro 1. durat 22. annos. Eutropius
lib. 3.

Initium secundi belli Punici fuit Olympiade 40.
anno Urbis 537. mundi 3771. Polybius lib. 3. duravit
ann. 17. Liu. lib. 30.

Bellum Romanorum cum Philippo Rege Macedo-
niæ cœpit anno Urbis 554. mundi 3788. finitum est an-
no 3821. capto Perse Rege à L. Æmilio Paulo. Vide Li-
uium lib. 44. & 45.

Anni Mūdi	Duces Iudao- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3829	Ionathas, ann. 19		
3838			Alexander ann. 10
3840		Ptolemæus Euerget. 29	
3848	Simon. 8		Demetrius alius. 3
3851			Antiochus Se- deres. 9
3856	Ioannes Hir- canus. 26		
3860			Demetrius ite- rum. 4
3864			Antiochus Griphus, seu Tryphon. 12
3868		Ptolemæus Phifcon. 17	
3876			Antiochus Cizycenus, ann. 18



Varia.

Bellum Asiaticum feliciter confectum est à L. Scipione Africano Scipionis fratre cōtra Antiochum magnum Regem Syriæ anno Urbis 564. mundi 3298. vide Liu. lib. 37.


Bellum Punicum tertium cœpit anno Urbis 602. mundi 3836. finitum est intra quinquennium à Scipione Africano minore. Florus lib. 49. & 51. Eutropius lib. 4.

Bellum Numantinum anno Urbis 626.

Bellum Iugurthinum anno Urbis 643. mundi 3877. vide Sallustium. Bellum Cymbricum ante Iugurthinum cœpit, sed post Iugurthinum finitum est à C. Mario.

Antiochum hunc Pompeius Regno spoliavit. Appianus Alexandrinus in Syriacis.

Anni Mūdi	Reges Iudæo- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3882	Aristobolus. 1		
3883	Ianne ⁹ Alexā- derann. 27		
3884		Ptolemæus A- lexander. 10	
3894		Ptolemæus Phylconite- rum. 8	Philippus. 2
3902		Ptolemæus Dionysius. 30	Regnum Syriæ deficit.
3910	Alexandria ann. 9		
3919	Hircanus ann. 34		<i>Imperatores Romani.</i>
3932		Cleopatra. 22	
3937			Iulius Cæsar. 4
3941			Interregnum an. 1. & dimid.
3942			Octavianus Augustus cum Trium- viris ann. 12. solus 44. Sueton.



Varia.

Aristobulus primus post Regem Sedechiam, diadema sibi regium imposuit. Iosephus lib. 15. antiquit. cap. 18.

Philippo à Gabinio capto cessat Regnum Syriæ. Eusebius in Chronico.

Post mortem Alexandræ contendentibus filiis eius Aristobulo, & Hircano de Regno, Pompeius Iudæos tributarios fecit, & Aristobulum quidem Romam captum adduxit, Hircano Pontificatum confirmavit, procurationem Prouinciæ Antipatro tradidit, cuius filius Herodes postea ad Regnum peruenit. Iosephus lib. 14. antiquitat.

Anni Mūdi	Reges Iudao- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- rie.
2953	Herodes Asca- lonita. 37	Regnum Æ- gypti deficit.	
3984			
3990	Archelaus. ann. 9		
3998	Herodes Anti- pas. an. 24		Tiberius ann. 22. m. 6. d. 26 Suct.
4013			
4016			
4022	Agrippa. 7		
4029	Aprippa Iu- nior. 26		
4055	Regnum Iu- dæorum de- ficit.		

Anni Dñi.	CHRISTVS.	Varia.
1	IESVS nasci- tur.	
7	Iesus redit ab Ægypto.	Hierusalem capta , & de- structa est anno 2. Vespasia- ni, 73. Christi, 4056. mundi: perierunt partim gladio, par- tim fame vndecies centena millia Iudæorum: & alia cen- rum millia capta, & vendita sunt. Iosephus, & Eusebius.
15		
31	Iesus baptiza- tur.	
34	Iesus moritur, & resurgit.	
39		
46		
72		